

DE FESTO PASCHATIS, AD

quemlibet annum Domini currentem inueniendo.

C A P V T VI.

Dies mensis.	Litera dominicalis.	Aureus numerus rus.
21	C	16
22	D	5
23	B	
24	F	13
25	G	2
26	A	
27	B	10
28	C	
29	D	18
30	E	7
31	F	
1	G	15
2	A	4
3	B	
4	C	12
5	D	1
6	E	
7	F	9
8	G	
9	A	17
10	B	6
11	C	
12	D	14
13	E	3
14	F	
15	G	11
16	A	
17	B	19
18	C	8
19	D	
20	E	
21	F	
22	G	
23	A	
24	B	
25	C	

Martii.

Aprilis.

Hinc patet illa
terram dominica-
lem, mox è regio-
ne aurei numeri
collocata ex-
clusa.

Secundum communem ecclesiæ consuetudinem, festum Paschatis ex adiecta ad marginem tabella facile colligitur. Primo aureum numerum per doctrinam capitilis 2. inventum, sub sua columnula inquiras, in parte videlicet tabellæ dextra. Deinde ubi eum offenderis, statim ibi versus sinistram deflecto, ac literam dominicalem anno proposito competentem, antedictoq; aureo numero proxime succedentem, sub sua columnula media, accipito. E' cuius directo ad laevam dies mensis annotatur, qui pro festo Paschatis habendus est. Si vero duæ litteræ dominicales occurunt, quod in anno bisextili contingit, semper per posteriorem operari dum erit.

E X E M P L U M.

Volo festum Paschatis, ad annum Domini currentem 1559. inquirere, quo quidem anno aureus numerus obtinet 2. Litera dominicalis est A. Sub columnula ergo aurei numeri, quæ in tabella ad marginem adiecta, versus dextram constituitur, aureum numerum 2. deprehendo. Statim autem ibi versus sinistram deflecto, ac literam dominicalem A. anno proposito competentem, antedictoq; aureo numero proxime succedentem, sub sua columnula media, sumo. E' cuius directo ad laevam dies 26. Martij ponitur, qui pro festo Paschatis celebrandus est: idq; secundum communem Ecclesiæ consuetudinem.

A L I V D.

Volo festum Paschatis ad annum Domini currentem 1566. inquirere, quo quidem anno aureus numerus obtinet 9. Litera dominicalis est F. Sub columnula ergo aurei numeri, quæ in tabella ad marginem adiecta, versus dextram constituitur, aureum numerum 9. deprehendo: Statim autem ibi versus sinistram deflecto, ac literam dominicalem F. anno proposito competentem, antedictoq; aureo numero proxime succedentem, sub columnula sua media, sumo. E' cuius directo ad laevam dies 14. Aprilis ponitur, qui pro festo Paschatis celebrandus est, idq; secundum communem Ecclesiæ consuetudinem.

Aliud